



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Sermo beati maxi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

per terram habitationem meam: et pro morte defluentem deprecata sum. **Capitulum.**

**S**apientia vincit maliciam attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter.

**M**ulierem fortis quis inueniet procul et de ultimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit. **Capitulum.**

**F**allax gratia et yana est pulchritudo mulier timens deum ipsa laudabitur. **Ps.** Specie tua et pulchritudine. **Super**

**Sag. an.** Veni electa mea et ponam in te thronum meum quia concupiuit rex specie tuam. **Collecta de vna virgine**

**D**eus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in seculi fragili victoria maritimi contulisti concede propitius: ut cuius natalicia colimus per ea ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Iesum Christum. **De virgine non**

**D**eus qui martire. **Collecta.** nos beate A. virginis tue annua solemnitate letificas: concede propitius ut eius adiunxerimus meritis cuius castitatis irradiamur exemplis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

**De vna sancta non virgine.** **Collecta.** Gaude nos deus salutaris noster: ut sicut de beate A. festiuitate gaudemus:

ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum. **Nullo**

**la** suffragia nisi aliud festum concurrat. **Ad completorium de tempe. Ad matutinas Inuitatorium.** Regem virginum dominum Venite adorem?

**ps.** Venite. **In primo noct. an.** Veniente sponso prudens virgo preparata introuit cum eo ad nuptias. **ps.** Domine dominus noster. **An.** Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. **ps.** In domino confido. **An.** Ecce prudens virgo migravit ad Christum fulgens inter choros virginum sicut sol in virtute celesti. **ps.** Domine quis habitabit. **ps.** Specie tua et pulchritudine tua. **Sermo beati marci**

**Quem in mi. epi. Lectio I.** **Q**uotum mundo virgineus flos marie inmarcescibiles coronas innectat et sceptrigeram pudoris aulam immaculato conseruet affectu: eo usque integritas perseverauit ad palmam ut in puellis tropheum sanctitatis arriperet: et per vestigia matris virginis ad celestem thalamum perueniret.

**Hinc est quod anulo fidei hec sancta virgo A. se assertit subarratam et clamat se amori contractam. Tu autem domine nostri miserere. Deo gratias.**

**Veni sponsa christi accipe eum**

**1 k iij**

ronam quaz tibi dominus p̄  
parauit pro cuius amore san  
guinem tuum sudisti. Et cum  
angelis in paradysum introi  
sti. **V.** Veni electa mea et po  
nam in te thronum meum qz  
concupiuit rex speciem tuam.  
Et cum ange. **Lectio secūda**

**O** q̄ mirabile v̄rginibz vir  
go tui tradidisti amoris exē  
plum. **O** q̄ sanctum pectori  
bus dandum v̄rgineis tribu  
isti responsum contemnendo  
mundi diuitias: excreādo car  
nis concupiscentias et solam  
christi pulchritudinem ada  
mando. Tu autē domie. **R.**  
Concupiuit rex speciem tuaz  
quia ipse est deus tuus et ado  
rabunt eum. **V.** Specie tua et  
pulchritudine tua intende p̄  
spere procede et regna. Quia  
ipse est deus tuus et adorabūt  
**A**ccedite ad **Lectō iij.** cū  
puellam puelle et discite in an  
nis infantie quales in pectore  
suo circa amorem christi hec  
sancta virgo accendit. Dicit  
se amatori suo seruare fidem  
et eius corpus concupiscere so  
lum qui pro amore hominū  
mortis non recusauit interi  
tum. Discite v̄rgines christi  
amorem in puella feruentem  
et omnes diuitias mundi ve  
lut sterora recusantem. Tu  
**R.** Hec est v̄rgo sapiēs quā  
dominus vigilantem inuēit

que acceptis lampadibz sup̄  
sit secum oleum. Et veniente  
domino introiuit cum eo ad  
nuptias. **V.** Media autē no  
cte clamor factus est: ecce sp̄  
sus venit exite obuiam ei: Et  
veniente domino introiuit cū  
eo. **In secūdo noctur. ā** Pru  
dentes v̄rgines ornate lam  
pades vestras: ecce sponsus ve  
nit exite obuiam ei. **p̄s.** Celi  
enarrant. **Ant.** Tunc surrexerunt  
omnes ille v̄rgines ornā  
tes suas lāpades exierūt ob  
uiam. **p̄s.** Domine in virtu.  
**Ant.** Pulcra facie sed pulcri  
or fide: beata es virgo respū  
ens mundum: letaberis cum  
angelis intercede pro nobis.  
**p̄s.** Domini est terra. **V.** Dif  
fusa est gratia in labiis tuis:  
propterea vixit te de? **L. iij.**  
**I**de o enī sanctorum per litte  
ras traduntur exempla vt v̄  
nusquisqz pro qualitate seruis  
et pro etate annorum modū  
sui propositi teneat. Et sicut  
per v̄rginem v̄rgines ita per  
coniugem cōiuges vincere se  
culum pro christi amore stu  
deant ac repugna tōne animi  
mundi dulcīa recusantes: et  
eius non recusantes austra  
ad delectationes perpetuas:  
et ad gaudia eterna pertingāt  
Tu autē dñe. **R.** Dilexisti iu  
sticiam et odisti iniquitatem  
propterea vixit te deus deus

tuis oleo leticie. **V.** Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Propterea vixit te. **Lectio v.**  
**N**ec dicentes non vituperamus coniugium casta comertia sed virginum perseverantiam adornamus. Non enim virginitas malis rebus superponenda est: sed est rebus optimis preferenda. Que enim mundis mudior: et sanctis sanctior: non indiget malarum rerum vituperatione laudari. Tu autem.  
**R.** Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vixit te deus tuus. Et.  
**S**equantur itaque. **Lectio vi.** sancta coniugia patriarcharum coniuges religione posite ac diuinis litteris informate: sararam rebecca rachelem annam susannam ac sephoram imitantur vxores. Christi vero virginem solum virginem matrem luminis subsequatur. Huius pedissequa beatissima. A magnus de se pudicitie excitauit exemplum: cum virginitate perculit vixit omnique a se amore terrenum per amorem celestem expellens trophaeum crucis christi arripuit: et contra libidines: que etiam contra vniuersa supplicia fide potius armata: que ferro

fortiter dimicauit et vixit. Tu autem domine. **R.** Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. **V.** Difusa est gratia in labijs tuis. propterea benedixit te deus in eternum Procede. **In tertio nocturno an.** Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. **Psalm.** Eructauit. **An.** Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. **ps.** Deus noster refugium. **An.** Sicut letantium omnium nostrum habitatio est in te sancta dei virgo. **ps.** Fundamenta. **V.** Adiuuabit eam deus.  
**I**n illo **Secundum mattheum.** tempore Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Et refert **Sermone beati gregorii pape.** Sepe vos fratres charissimi ammonedo praua opera fugere mundi huius inquinamenta deuitare: sed hodierna sancti euangelij lectione compellor dicere vt et bona que agitis cum magna cautela timeatis ne per hoc quod a vobis recitum geritur: fauor aut gratia humana requiratur: ne appetit? laudis subripiat: et quod foris ostenditur intus a mercede